Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift

11

caritatis huiusque exordio est. Hunc igitur iam ipsum deum qui
caritas est inuocantes. per eam quae ex ipso est caritatem. et iam
ad reliqua discutienda ueniamus. et septem primo de
eo requirere quod illud sit. quod cum tria uolumina eccle
di a salemone scripta susceperit. primus ex ipsis puer
iorum liber positus sit. sed is qui ecclesiastes appellatur.
tertio uero in loco canticum canticorum uolumen habeat. Quae igitur
nobis occurrere possunt in hoc loco. ista sunt. Generales dis
ciplinae quibus ad rerum scientiam puenitur. tres sunt. quas greci
ethicam. phisicam. epoticen appellarunt. Has nos dicere
possumus. moralem. naturalem. inspectiuam. Non nulli sane
apud grecos. logicen. quam nos rationabilem possumus di
cere quarto in numero posuere. alii non extrinsecus
eam sed per has tres quas supra memorauimus disciplinas.
in nexam insertamque pomum corporeum esse dixerunt. Est enim
logica haec uelut nos dicimus rationalis. quae uirorum
dictorum quidem continere rationes. perfectas et imperfectas
genera. quae et species et figuras singulorum quorumque
potest edocere dictorum. Quam utique disciplinam non tam
separari quam insertam certum constat et in nexu. Mo
ralis autem dicitur per quam mos uiuendi honestus aptatur. et
instituta ad uirtutem tendentia preparantur. Naturalis
dicitur ubi unicuique rei natura discutitur. quo nihil
extra naturam agitur in uita. sed unum quodque his uirib